

✠ **In** nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro constantino magno Imperatore anno primo: die vicesima septima mensis martii. indictione duodecima neapoli: Certum est nos marinus comes filius quondam vone recordationis domini sergii. in dei nomine et minentissimis consul et dux postmodum vero monachi. A presenti die promptissima voluntate promitto vobis domino laurentio venerabilis igumenus monasterii sanctorum sergii et vachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui adpellatur casapicta situm in viridiarium: et at cuncta sancta et venerabilis vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: eo quod ego quesivit memorato vestro monasterio ut omni annue dare solitus est per consuetudinem in ipsum comitatum meum de castro cumano quas ego tenere videor una tractoria de vinum mundum tractum usque intus ipso castro nostro cummano pro illa obedientia vestra que abetis in loco qui vocatur quarto maiore: et pars autem vestra dicevat ut non exet ita: et post hec autem placuit mihi quo pro domini amorem et redemptionis anime mee ut ego vobiscum exinde nullam intentionem abere: set facere vobis ego exinde chartula offertionis ut hic et apud eternum dominum requiem invenire valeam: deinde et ego per anc chartula a die presentis offero et trado vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio ipsa tractoria de vinum ut super legitur: et nec ego nec posteris meis qui ipsum castellum cummanum tenuerint nec nostris ordinatis querere illam non dedeamus nec querere faciamus vobis posterisque vestris aut in

✠ **Nel** nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel secondo anno del signore nostro Costantino grande imperatore, nel giorno ventesimo settimo del mese di marzo, dodicesima indizione, **neapoli**. Certo è che noi conte Marino, figlio del fu domino Sergio di buon ricordo nel nome di Dio eminentissimo console e duca dopo invero monaco, dal giorno presente con prontissima volontà prometto a voi domino Lorenzo, venerabile egùmeno del monastero dei santi Sergio e Bacco, che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridiarium**, e a tutta la vostra santa e venerabile congregazione di monaci del predetto vostro santo e venerabile monastero, poiché io chiesi al predetto vostro monastero che ogni anno è solito dare, per consuetudine alla mia stessa funzione di conte del castro **cumano** che io risulto tenere, un vaso grande di vino mondo trasportato fin dentro lo stesso nostro castro **cummano** per quella obbedienza vostra che avete nel luogo chiamato **quarto maiore** e la parte vostra invece diceva che non era così. E dopo ciò altresì fu a me gradito che per amore del Signore e per la redenzione della mia anima che io dunque non avessi con voi alcuna contesa, ma facessi pertanto a voi un atto di offerta affinché qui e presso l'eterno Signore possa trovare pace. Pertanto io mediante questo atto dal giorno presente offro e consegno a voi e tramite voi allo stesso vostro santo e venerabile monastero il vaso grande di vino come sopra si legge. E né io né i miei posteri che reggeranno il castello **cummanum** né i nostri subordinati la dobbiamo pretendere o far pretendere da voi e dai vostri posteri o dal predetto vostro monastero né dall'anzidetta vostra obbedienza, in qualsiasi modo né tramite persone

memorato vestro monasterio nec in memorata obedientia vestra per quaecumque modum nec per summissas personas nec per nullam adinventam rationem aut per nullum humanum studium vel arvitrium a nunc et in perpetuis temporibus: set ut superius diximus a die presentis et usque in sempiternum sit a nobis vobis et per vos in eodem vestro monasterio eiusque vestre congregationis offertum et traditum in sempiternum: et neque a nobis memorato marino inclito comite memorati castri cummani neque a nostris posteris qui ipsum castellum tenueris nullo tempore numquam vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio eiusque sancte vestre congregationis memorati vestri monasterii presentibus et futuris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: insuper promitto et affirmo vobis ut si quavis personas vos aut posteris vestris aut memorato vestro monasterio vel ipsa vestra obedientia exinde quesierit per nos aut per nostris heredibus seum posteris qui ipsum comitatum ex ipsum castellum cummanum tenuerit: vobis posterisque vestris et in memorato vestro monasterio nos et posteris nostris eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus absque omni vestra damnietatem: nullam exinde dantes aut qualivet mittentes occansionem: quia ita nobis in omnibus vone voluntatis complacuit: Si quis autem ex nobis vel de posteris nostris aut de nostris ordinatibus vel alias quavis personas potens vel impotens quobis tempore contra anc chartula oblationis ut super legitur venire presumpserit per se aut per summissis personis vel ea vacuum aut irrita facere voluerit per quobis modum tunc sit ille innodatus sub vinculo anathematis trecentorum decem

subordinate né per qualsiasi motivo escogitato o per alcun umano interesse o arbitrio, da ora e in perpetuo. Ma, come sopra abbiamo detto, dal giorno presente e in perpetuo sia da noi offerto e consegnato per sempre a voi e tramite voi allo stesso vostro monastero e alla vostra congregazione. E né da noi predetto Marino illustre conte dell'anzidetto castro **cummani** né dai nostri posteris che reggeranno lo stesso castello, in nessun tempo mai voi o i vostri posteris o l'anzidetto vostro monastero e la vostra santa congregazione dell'anzidetto vostro monastero, in presente e in futuro, che non accada, abbiate dunque mai qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo né tramite persone subordinate da ora e in perpetuo. Inoltre, prometto e confermo a voi che se dunque qualsiasi persona a nome nostro o dei nostri eredi e posteris che ricopriranno la carica di conte del castello **cummanum** pretendesse da voi o dai vostri posteris o dal predetto vostro monastero o dalla vostra obbedienza, noi e i nostri posteris li dobbiamo pertanto allontanare e zittire senza alcun danno vostro, senza pertanto dare o mancare qualsiasi occasione. Poiché così fu in tutto a noi gradito di spontanea volontà. Se poi qualcuno di noi o dei nostri posteris o dei nostri subordinati o qualsiasi altra persona potente o non potente in qualsiasi tempo osasse venire contro questo atto di offerta, come sopra si legge, direttamente o tramite persone subordinate o volesse renderlo vuoto o non valido in qualsiasi modo, allora quello sia legato dal vincolo dell'anatema di trecentodieci ed otto Padri ed abbia parte con Giuda traditore del Signore nostro Gesù Cristo affinché nel giorno del giudizio sia condannato davanti al comune Giudice. Inoltre paghi come ammenda al predetto monastero due libbra auree di Bisanzio e questo atto di offerta, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del primario Sergio per l'anzidetta

et octo patrum: abeatque partem cum iuda traditore domini nostri ihesu christi ut in diem iudicii ante commune iudicem sit damnandus: insuper componat in memorato monasterio auri libras duas bythianteos et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata duodecima indictione ✕ hoc signum ✕ manus memorato marino comite quod ego pro eum subscripsi ✕

✕ ego marinus filius domini aligerni testi subscripsi ✕

✕ ego sergius filius domini gregorii testi subscripsi ✕

✕ ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi ✕

✕ Ego sergius primarius Complevi et absolvi per memorata duodecima indictione ✕

dodicesima indizione. ✕ Questo è il segno ✕ della mano del predetto conte Marino, che io per lui sottoscrissi. ✕

✕ Io Marino, figlio di domino Aligerno, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Sergio, figlio di domino Gregorio, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io primario Sergio completai e perfezionai per l'anzidetta dodicesima indizione. ✕